



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XV. Occupatio, confer supra Impedimentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

& majori cum severitate sunt castiganda. l. presbyter 8. C. de Episc. & Cleric. Welenb. in parat. ff. de furib. balnear. in fin. ita vasallus, occultans protocolum investiturae, perdit feudum, Afflict. in c. Vasallus si feudum. num. 14. si de feud. erit. contr. ubi quomodo ea etiam probetur, declarat. Ad de Valasc. de Jure Empb. q. 8. num. 11. G. Anton. dist. feud. XI. ch. 3. g.

III.

De occultis excessibus non judicat Ecclesia, sed de manifestis tantum, cap. Tua 34. extr. de Simonia. Oldendorp. 2. Conf. Marp. i. num. 27. sed sunt illi relinquenda, qui solus novit corda filiorum, cap. consulisti 2. q. 5. Si enim omnia in hoc seculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent. cap. si omnia 7. 6. q. 5. 1. Sic Christus Matth. 7. & Luc. 6. Nolite (inquit) judicare, & non judicabimini, & 1. Corinth. 4. item Luc. 6. Estote igitur misericordes. Hoc loco (inquit Beda in homiliis) nihil aliud precipi existimo, nisi ut ea facta, quae dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est, (Matth. 7.) ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est, quae non bono animo fieri possunt, ut stuprum, blasphemiam, furta, ebrietates, & similia, de quibus etiam nobis judicare permittitur. Sicut igitur occulte peccans, occulte puniri debet. cap. quod situm 7. extr. de penitent. & remiss. cap. si peccavi. 19. Ergo ipsa 2. q. 1. ita & de occultis rebus in inquisitionibus faciendis nec dicendum, nec querendum, sed de his tantum, de quibus fama praecessit, cap. qualiter 17. extr. de accusat.

IV.

Occultatio est suspecta & punibilis. Hinc si se occultaverit heres, qui incapaci hereditatem restituere tacito fideicommissio gravatus est, exutus omni patrimonio suo in insulam deportatur, l. un. C. de his qui se deferunt. Quod verum tantum est, si se studiosè celet, non si saltem differat se deferre. Perez. C. d. t. num. 5.

CAP. XV.

Occupatio, confer supra Impedimentum.

Axioma I.

Licet alicui pacisci, ut fas sit rem suam invadere, l. 2. C. si serv. export. veneat. Unde etiam de jure naturali, quod ante nullius est, id etiam occupanti conceditur, §. 12. Instit. de rer. divis. l. 3. in princ. ff. de acq. vir. domin. Ita ferae in alieno fundo, pisces in alieno stagno capti capientis fiunt, licet capiens prohibitus fuerit illum fundum ingredi, l. 1. §. 1. l. 3. §. 14. de acq. vir. poss. l. 13. §. fin. de injur. non autem vulnerata bestia. Nihil autem interest, si manu mea si ve laqueo illas capiam, adeo ut contra eximentem eas è laqueo agere possim, l. 55. de acq. vir. rer. domin. Perez. C. de venat. ferar. n. 8. seqq.

II.

Res pro derelicta habitâ sit occupantis, l. 85.

de acq. vir. domin. tot. tit. ff. pro derelict. sed hodie hæc bona ut omnia adempta fisco occupat. Perez. C. de bon. vacant. num. 22. Principis enim est disponere circa ea, quæ sunt nullius, propterea principes hodie sibi inventos thesauros & feras sylvestres vindicant. Perez. C. de thesaur. num. 14. seqq. Brunnem. ibid. Huc autem non referenda bona naufraga, quæ naufrago restituenda, nisi intra annum non repetantur, vel sint infidelium. Brunnem. ad l. 1. C. de Naufrag.

III.

Occupatio auctoritate Judicis facta favorabilior est eâ, quæ propriâ auctoritate fit; contra hanc enim biennii, contra illam verò saltem sex mensium præscriptio dominum fundi deserti removens locum habet. Brunnem. ad l. 7. C. de Censib. in fin. & tot. tit. C. de om. agr. desert.

CAPUT. XVI.

Odium.

Axioma I.

Odio alterius nemo est prævandus, c. si Episcopum 13. 16. q. 6. ubi delictum personæ in damnum Ecclesiæ non est vertendum, & c. Episcopo 7. eadem q. 6. ubi propter Abbatis peccatum possessio Monasterii non tollitur, l. si quis 33. §. legis 1. C. de inoffic. testam. ubi hoc iniquum judicatur, ut alieno odio quis prævatur, & ideo penitus delendum, imò crudele ibi hoc esse existimatur. cap. non debet 22. de R. I. in 6. Pantischan. p. 1. q. 6. 1. q. 14. n. 98. vid. sup. lib. VII. c. gravamen.

II.

Odium nisi prius quis in corde dimittat, non potest agere poenitentiam, cap. falsas 6. de poenitent. dist. in c. 1. cap. quomodo 41. in fin. de consecrat. dist. in c. 4. & ideo diuturnum odium qui non dimittit, admonitione per presbyteros facta, à coetu fidelium est expellendus, cap. placuit 9. dist. in c. 9. unde & in fratribus odium fraternum & homicidium judicantur ad paria. cap. homicidiorum 24. de poenit. dist. 16.

III.

Odio debent haberi peccata, non homines, cap. odio 2. dist. 86. cap. duo 35. 23. q. 4. odisse igitur se vitia probat, qui delinquentes arguit, cap. facientis 3. §. 5. lib. ar. dist. 86.

IV.

Ut amore, cupiditate, timore, ita odio humanum judicium pervertitur, cap. quatuor 78. 11. q. 3. Magistratus ergo odio moveri non debet, clem. 1. §. propter. de heret. neque judex odio indulgens judicare, cap. 1. de sent. & re judic. num. 6. imò & Clericis odia & æmulationes ut fugiant, indicium est. in cap. his igitur 3. dist. in c. 23. Unde etiam & testes non nisi odio remoto ad testimonium dicendum admittuntur, l. licet 47. extr. de testib. c. omnes 133. q. 5.

V.

ODIA sunt restringenda, l. cum quidam 18. ubi dicitur hereditates non esse adjuvandas. ff. de liber. & possib. cap. renovantes